

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 15: De die finalis iudicii (13)

Augustinus super illud Iohannis: Ego sum, et ceciderunt in terram, ait:

Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hec fecit?  
Quid regnaturus poterit, qui hoc potuit moriturus?

O quantus luctus et ululatus, quanta confusio et amaritudo erit dampnatis!

Dicent enim montibus,  
cadite super nos, et collibus, operite nos.

Desiderabunt mori et fugiet mors ab eis,

quia mittentur in stagnum ignis ut urant,  
et sentiant usque in sempiternum.

*Ego sum*, dicit, et impios deicit.

Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit?  
Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus*  
CXXIV., 112.3 (CCSL 36, R. Willems ed., p.634, ll.13-15).

[fons nondum repertus]

Tunc incipient dicere montibus:  
Cadite super nos; et collibus: Operite nos. (Luc. 23:30)

Et in diebus illis quaerent homines mortem, et non invenient eam:  
et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis. (Apoc. 9:6)

Dabit enim ignem et vermes in carnes eorum ut urantur  
et sentiant usque in sempiternum. (Iud. 16:21)